



IHS



CONSTITUTIONES
EXAMINIS GEN.

Societatis IESV.



ROMÆ, In Collegio Rom.
ciusdēSocietat.

Anno Dñi
M D C V I.

CVM FAC.


SUPER



CONSTITUTIONE

EXAMINIS DEI

Speciebus IESU



ROMANIA

PRIMVM
AC GENERALE
EXAMEN
IS OMNIBVS, QVI IN SOCIE-
tatem IESV admittit, pro-
ponendum.

DE INSTITVTO SOCIETATIS
I E S V , & varietate personarum,
quaे in ipsa sunt. Cap. I.

Hec minima Cōgregatio, quę a Se-
de Apostolica prima sui institu-
tionē Societas I E S V nominata
est, primum fuit approbata per
felicis memoriæ Paulum Papam
II I. anno 1540. & per eundem
postmodum 1543. confirmata, ac rursus per Iu-
lium III illius successorem anno 1550. Ut inté-
rim omittantur diuersae litteræ Apostolicæ, in
quibus de ea sermo habetur, & ei variæ facul-
tates (supposita magna approbatione, & con-
firmatione) conceduntur.

2 Finis huius Societatis est, non solum saluti
& perfectioni propriarum animarum cum di-
uina gratia vacare; sed cum eadem impense in
salutem & perfectionem proximorum incum-
bere.

3 Ad

4 EXAM. GENE.

3 Ad hunc finem melius consequendum tria vota in ea , Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis emittuntur : sic Paupertatem accipiendo , vt nec velit , nec possit redditus vlos ad suam sustentationē , nec ad quiduis aliud. habere . Quod non tantum in particulari de vnoquoque , sed etiam de Ecclesiis & Domibus Societatis professæ est intelligendum . Nec etiam (quamuis alii sit licitum) pro Missarum sacrificiis , vel prædicationibus , vel lectionibus , vel vllijs sacramenti administratione , vel quoquis alio pio officio ex iis , quæ iuxta suum institutum Societas potest exercere , stipendium vllum , vel elemosynam , quæ ad compensationem huiusmodi ministeriorum dari solet , ab alio , quam a Deo (ob cuius obsequium omnia pure facere debent) possunt admittere .

4 Et quamuis habeat Societas Collegia , & Domos probationis redditibus dotatas ad Scholasticorum sustentationem , antequam in Societatem professam , vel eius Domos recipientur : non possunt tamē huiusmodi redditus in vium alium iuxta litteras Apostolicas in Constitutionibus declaratas expendi , nec Domus Professorum , nec aliquis eorum , aut etiam Coadiutorum eisdem vti poterit .

5 Professa itidem Societas præter tria vota dicta , votum facit expressum Suimmo Pontifici vt Vicario qui nunc est , vel pro tempore fuerit , Christi Domini nostri ; nimirum ad proficiscendum

C A P V T I.

dum sine excusatione , non petito viatico , quo-
cunque gentium eius Sanctitas iussit , inter fi-
deles vel infideles ad res , quæ ad diuinum cul-
tum , & Religionis Christianæ bonum spectant .
3 Ceterum ratio viuendi in exterioribus iustas
ob causas , maius Dei obsequium semper in-
tuendo , communis est , nec vilas ordinarias po-
nitentias , vel corporis afflictiones ex obligatio-
ne subeundas habet ; sed illas assumere quiuis
poterit , quæ sibi videbuntur (cum approba-
tione Superioris) ad maiorem sui spiritus pro-
festum conuenire , & quas propter eundem si-
nem Superiores eis poterunt imponere .

7 Personarum autem , quæ admittuntur in
hanc Societatem generaliter sumptam , quatuor
sunt classes , si finem , quem ipsa spectat , intuea-
mur : tametsi omnes , qui ingrediuntur , quod
ad ipsos attinet , quartæ classis esse debent .

8 In primis aliqui admittuntur , ut professione
in Societate quatuor solemnibus votis (ut dictū
est) emissis faciant , peractis prius experimentis
& probationibus debitiss : & hos sufficienter in
litteris eruditos (ut in Constitutionibus postmo-
dum dicetur) & in vita , ac moribus diu (quem-
admodū hec vocatio exigit) probatos , & omnes
ante professionem sacerdotes esse oportet .

9 Secundæ classis sunt , qui in Coadiutores ad
diuinum seruitium , & Societatis auxilium in
rebus spiritualibus , vel temporalibus admit-
tuntur : & ii quidem post experimenta & proba-
tiones

EX A M. G E N.

tiones vota simplicia, Obedientiæ, Paupertatis,
& Castitatis (omisso quarto ad Summū Pontificem pertinente, & alio quouis solempni) de-
bent emittere: qui sua sorte contenti esse de-
bent, intelligentes eos in conspectu Creatoris
& Domini nostri magis mereri, qui maiori cha-
ritate se impendunt auxilio & obsequio omniū
ex amore diuinæ maiestatis, siue in rebus altio-
ribus, siue in aliis inferioribus & humilioribus.
10 Tertiæ classis sunt, qui in Scholasticoꝝ admit-
tuntur, si ingenio, & reliquis dotibus ad studia
conuenientibus prædicti inueniantur; vt post-
quam docti eualerint, in Societatem ingredi,
& Professi, vel Coadiutores (prout iudicabitur
expedire) esse valeant. Hi autem, vt Scholastici
Societatis approbati censeantur post experimē-
ta, & probationes, eadem tria vota simplicia,
Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ cum pro-
missione ingrediendi Societatem in altero prius
dictorum modorum (vt in Constitutionibus
videbitur) ad maiorem Dei gloriam emittent.
11 Quartæ classis sunt, qui indeterminate ad id
admittuntur, ad quod idonei esse, temporis
successu inuenientur; nondum statuente Socie-
tate ad quem ex dictis gradibus eorum talētum
magis sit accommodatum. Illi autem indiffe-
rentes ingredientur ad quemuis ex dictis gradi-
bus, qui Superiori videatur: & ex parte sua
omnes (vt dictum est) eadem animi dispositione
ingredi oportet.

12 Ad hæc antequam quisquam admittatur ad professionem , vel simplicia vota Coadiutorum vel Scholasticorum superius dicta secundum institutum nostrum emittere teneatur ; biennum integrum ad probationem habebit : & vt admittantur Scholastici ad quemvis ex prioribus gradibus Professorum , vel Coadiutorum formatorum , vnum adhuc annum post absolta sua studia expectabunt : quod tempus , cum Superiori visum fuerit , poterit prorogari .

13 Hoc medio tempore duorum annorum (in quo habitus ullus certus Societatis non sumitur) ante premitum tempus , in quo votis eos ligari in Societate oportet , videre unusquisque & considerare debet diplomata Apostolica Instituti Societatis , & Constitutiones , ac Regulas , quas in ea est obseruaturus , idque non semel . Primum enim id fiet , dum in Domo primæ probationis erunt ; in quam , qui Societatem ingredi volunt , hospitum more ad duodecim , vel quindecim dies , ut res suas melius considerent , solent admitti , antequam in Domum , vel Collegium Societatis ad cohabitandum alie & inter eos versandum ingrediantur .

Secundo id fiet , sex mensibus experimentorum & probationis elapsis . Tertio post alios sex menses , & sic deinceps , donec professionem , qui studiis absolutis Professus , & tria vota qui Coadiutor , & tria itidem vota cum sua promissione qui Scholasticus approbatus est futurus emit-

E X A M V G E N E.

8 **quod ideo fit, vt vtrinque maiori cum clari-**
tate, & cognitione in Domino nostro proceda-
tur, & vt quanto fuerit magis probata singulo-
rum constantia, tanto stabiliores ac firmiores
sint in diuino seruitio, & vocatione prima ad
gloriam, & honorem diuinæ Maiestatis.

D E Q V I B V S D A M C A S I B V S, Q V O S
interrogari oportet, an acciderint iis,

qui in Societatem ingredi
petunt. Cap. I. I.

1 **E**x iis casibus, de quibus honestas ob causas
omnes interrogari oportet, Primū est, reces-
sisse a gremio sanctæ Ecclesiæ, fidem abnegan-
do, uel in errores contra ipsam sic incurrendo,
vt damnatus ob aliquam propositionem hæ-
reticam quis fuerit; uel ut suspectus hæresis per
sententiam publicam declaratus; uel si infamis
ob excommunicationem tanquam schismaticus,
spreta auctoritate, & prouidentia Sanctæ ma-
tris Ecclesiæ, extiterit.

2 Secundus est, homicidium aliquo tempore
perpetrasse, uel publice infamem, propter enor-
mia peccata fuisse.

3 Tertius est habitum sumpsisse alicuius Reli-
gionis Fratrum, vel Clericorum, uitam aliquan-
diu in obedientia cum eis agendo, siue emissā,
siue nō emissā professione; uel Eremitam cum
uestibus monachalibus fuisse.

C A P V T I I X . 9

4 Quartus est , vinculo matrimonii consummati , vel seruitutis legitimæ ligatum esse.

5 Quintus est , infirmitatem pati , vnde obscurari , vel parum sanum iudicium ei reddi soleat , vel dispositionem notabilem ad huiusmodi infirmitatem habere.

6 Prædicti casus impedimenta sunt , cum quorum aliquo , nemo in Societatem adimitti potest : cum nobis in Domino videatur (præter alias cauſas) quod qui in eam sunt ingressuri ad bene & fideliter euāgelizandum , & in agro Domini verbum diuinum seminandum , eo aptiora ad id instrumenta erunt , quo minus primi , & secundi defectus notam habuerint , propter consuetam multis & communem infirmitatem.

Cum tertio etiam non admittuntur , quod nobis in Domino videatur , eum , qui bonus Christianus fit , debere firmum esse in sua prima vocatione , præsertim cum illa tam sit sancta , in qua scilicet quis , vniuerso sæculo relieto , se totum dedicat maiori seruitio & gloriæ sui Creatoris & Domini . Postremo sic nobis persuademus (præterquam quod maior sit futura ædificatio proximorum) eo melius in Domino , ipsius gratia aspirante , conseruari posse omnes Professos , Coadiutores , atque Scholasticos , quo magis liberi fuerint ab huiusmodi impedimentis , ac veluti vnius coloris & similitudinis oēs . Nullus etiam admittitur cum duobus vltimis impedi-

10 E X I A M . V G I E A N D E .

impedimentis . Nam quartum esset cum detri-
mento proximorum , si vxoris , vel domini con-
fensus non obtineretur , aliaeque circumstantiae ,
prout ratio iuris exigit , obseruarentur . Quin-
tum etiam in damnum esset non mediocre ipsius
Societatis .

7 Si aliquod ex his impedimentis in quoquam
detergeretur , non est quod ulterius in interrogati-
onibus procedatur ; sed qui Examinatoris officio
fungitur , quoad eius fieri poterit , eundem
consolando dimittat : si nullum esset tale , ulte-
rius examinetur sequenti modo .

DE QVIBVS DAM INTERRO-
gationibus ad eos , qui ingredi volunt ,
magis cognoscendos .

Cap . III . I .

1 A D maiorem personarum notitiam aliqua-
sunt interroganda , quibus vere omnino , &
syncere respondere oportet : & si quid erit , quod
secreturn requirat , id obseruabitur , ut par erit ,
& interrogato placuerit . Incipiendo itaque a
nomine , interrogetur primum , Quo nomine vo-
cetur , Quot annos natus sit , Quæ sit eius patria .

2 An sit ex legitimo matrimonio , nec ne : quod
si ex illegitimo , quo pacto id sit , interrogetur .
Num a progenitoribus iam olim Christianis ,
an a modernis descendat .

An aliquis ex eius progenitoribus notatus
fuerit ,

C A P V T I I .

ii

fuerit, vel declaratus ob aliquem errorem contra nostram christianam Religionem, & quomodo id sit.

An patrem habeat, & matrem, & quæ sint eorum nomina: Quæ conditio, & officium, & modus viuendi sit illis: an rerum temporalium penuria premantur, an illarum commoditate potiantur, & quo pacto id habeat.

3 Si quo tempore in difficultatem, vel dubium aliquod incideret circa æs alienum, vel quod tenetur subuenire parentibus, vel consanguineis in spirituali, vel corporali, vel quavis alia temporali necessitate constitutis, eos inuisendo, vel aila ratione, num proprio sensu ac iudicio deposito, conscientiæ, vel iudicio Societatis, vel sui Superioris id velit relinquere, ut cum statuerit ille quod in Domino iustum esse senserit, ei acquiescat.

4 Quot fratres & sorores hacat, & quis carus sit status, num matrimonii, an alias; Quod officium, aut viuendi modum habeant.

5 Num aliquando verba ediderit, quæ ad matrimonium illum obligare videantur, & quo pacto id sit. An habuerit, vel habeat filium aliquem.

6 Num habeat æs alienum, aut ciuiles obligations: quod si habeat, quæ & quales eæ sint.

7 Num didicerit artem aliquam mechanicam. Num legere, & scribere sciat, & si scit, probetur quo modo utrumque faciat, si aliunde non sciretur.

ob

8 Num

12 EXAMEN.

8 Num habuerit, vel habeat morbum aliquem occultum, vel manifestum, & qualem; eum speciatim interrogando, num vexationem aliquam stomachi, vel capitidis, vel quodvis aliud impedimentum naturale, seu defectum in aliqua sui parte patiatur, & hoc non solum interrogetur, sed, quoad fieri potest, inspiciatur.

9 Num aliquos ordines Ecclesiasticos suscepere rit. Num aliquam obligationem voti habeat, quale est peregrinationis, vel aliud quocunque.

10 Quem modum, vel animi propensionem habuerit in tenera aetate, & postea hucusque ad res sues conscientias salutiferas; primum circa orationem, quoties orare solebat interdiu & noctu, quibus horis, qua corporis compositione, quibus orationibus, & cum qua deuotione vel leniu spirituali.

Quomodo se habuerit circa audiendas Missas & alia diuina officia, & conciones: Quomodo circa lectionem rerum piarum, & bonorum virorum familiaritatem: Quomodo circa meditationem, vel considerationem rerum spiritualium.

11 Interrogetur, an habuerit, vel habeat conceptus aliquos vel opiniones ab iis differentes, quae communius ab Ecclesia, & Doctoribus ab eadem approbatis tenentur: & si quando huiusmodi opiniones animum subierint, num paratus sit ad iudicium suum submittendum, sentiendumque ut fuerit constitutum in Societate de

de huiusmodi rebus sentire oportere.

12 Interrogetur, an quibusuis in scrupulis, vel difficultatibus spiritualibus, vel aliis quibuscumque, quas patiatur, vel aliquando pati contigerit, se dijudicandum relinquet, & aquiescet aliorum de Societate, qui doctrina, & probitate sint praediti, sententiis.

13 An omnino decreuerit saeculum relinquere, & consilia Domini nostri IESV Christi lequi. Quam dudum decreuerit, in genere scilicet, mundo renunciare. Postquam id apud se statuit, an in ea animi sententia remissior factus fuerit, & quatenus. A quo tempore desideria hec renunciandi saeculo, & consilia Christi Domini nostri sequendi suboriri ei coeperint: vel quibus signis, aut causis ad id mouentibus ei in mentem venerint.

14 Num deliberatum habeat animi propositum viuendi & moriendo in Domino cum hac, & in hac Societate IESV Creatoris & Domini nostri; & a quo tempore, ubi, & per quem primum ad id motus fuerit.

Si negaret se a quoquam de Societate motum fuisse, progrediendum erit ulterius: si affirmat se fuisse motum (quamuis licite, & cum merito moueri potuisset) ad maiorem tamen ipsius utilitatem spiritualem fore videtur, si tempus ei aliquod prescribatur, ut ea de re cogitando Creatori & Domino suo se totum commendet, perinde ac si nullus de Societate ipsum mouisset,

mouisset, ut maiori cum robore spiritus procedere ad maius obsequium & gloriam diuinæ Maiestatis possit.

15 Si post huiusmodi considerationē senserit
ac iudicauerit sibi valde conuenire Societatis
ingressum ad maiorem laudē & gloriam Dei,
& ut melius saluti, & perfectioni tūm animę
suę, tum proximorū suorum incumbat: & po-
stulauerit in eandem nobiscum in Dño admitti,
tunc vterius in examine procedi poterit.

DE REBUS QVIBVS DAM

quas præcipue scire eos conuenit, qui in Societatem admittuntur, ex iis, quas in ipsa obseruare debent.

Proponatur illis, quod haec mens fuerit con-
rum, qui primi in hanc Societatem conue-
nerunt, ut in ea ii admitterentur, qui saeculo te-
nunciascent & Dei seruitio se omnino manci-
pare siue in hac, siue in alia Religione statuis-
sent. Quocirca quicunque Societatem ingredi-
volent, antequam in Domo aliqua, vel Collegio
eius viuere sub obedientia incipient, debent
omnia bona temporalia, quæ habuerint, distri-
buere, & renunciare, ac disponere de iis, quæ ip-
sis obuenire possent; Eaque distributio primū
in res debitās, & obligatorias, si quæ fuerint (&
tunc, quam citissime fieri potest, prouidere
opor-

oportebit) Si vero tales nullæ fuerint, in pia & sancta opera fieri, iuxta illud; Dispersit, dedit pauperibus; & illud Christi; Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: Dispensando tamen hæc bona iuxta propriam deuotionem, & a se omnem fiduciam submouendo, eadem vlo tempore recuperandi.

2 Quod si statim propter aliquas honestas causas bona non relinquet, promittat se prompte relieturum omnia (vt dictum est) post vnum ab ingressu absolutum annum, quandocunque per Superiorem iniunctum ei fuerit in reliquo temporis probationis, quo completo, ante professionem Professi, & ante tria vota publica Coadiutores re ipsa relinquere, ac pauperibus (vt dictum est) dispensare debent, vt consilium Euangelicum, quod non dicit; Da consanguineis, sed pauperibus, perfectius sequantur; & ut melius exemplum omnibus exhibeant inordinatum erga parentes affectum exuendi, & incommoda inordinatae distributionis, quæ a dicto amore procedit, declarandi; atq. vt ad parentes, & consanguineos recurrendi, & ad inutilem ipsorum memoriam aditu præcluso, firmius & stabilius in sua uocatione perseverent.

5 Si tamen dubitaretur, nū maioris foret perfectionis dare uel renunciare consanguineis huiusmodi bona, quam aliis, propter parem, uel maiorem ipsorum penuriam, & iustas alias

ob

ob caussas; nihilominus ad declinandum errandi in huiusmodi iudicio periculum , quod ab affectu sanguinis solet proficisci , contenti esse debebunt, negotium hoc arbitrio unius , duorum, aut trium, qui uita & doctrina commendentur , quos unusquisque cum superioris probatione elegerit , relinquere , & in eo conquiescere , quod illi perfectius & ad maiorem Christi Domini nostri gloriam esse censebunt.

Interrogetur itaque , num placeat ei statim (si cuti dictum est) bona sua distribuere; vel certe, num paratus sit ad huiusmodi distributionem , quandocunque exacto primo anno per Superiorum ei fuerit iniunctum.

4 Admoneatur , quod post ingressum in Domum nemo pecuniam apud se, nec apud amicum aliquem externum in eodem loco habitantem habere potest ; quin potius eam in pia opera dispenset , vel afferuandam ei tradat , cui cura huiusmodi Domi commissa est : qui quidem, quicquid unusquisque feret , scribendum curabit, ut id sciri possit, si quando scitu opus fuerit.

Interrogentur itaque , num aliquam habeant pecuniam , & an eam dispensare (vt dictum est) sint contenti.

5 Admoneatur itidem , si ecclesiastici sint, quod postquam in Societatis corpus vt Professi , vel Coadiutores cooptati fuerint , nulla ecclesiastica beneficia possunt retinere: & quod tempore probationis post primum annum absolutum,

(ut

(ut superius diximus) quandounque Superiori visum fuerit, ea relinquere debent iuxta suam deuotionem, vel ei, qui contulit, resignando, vel ad pia opera applicando, vel alioqui dignis viris, quibus haec instrumenta sint ad Dei obsequium, conferri curando. Quod si consanguineis conferenda esse viderentur, id non facient, nisi ab uno, duobus, aut tribus (vt superius dictum est) iudicetur, quod id magis conueniat, & ad maius Dei obsequium sit futurum.

6 Cum autem communicatio, quæ cū amicis, & sanguine iunctis verbo, aut scripto fit, potius ad quietis perturbationem, quam ad eorum, qui spiritui vacant, profectum, præsertim in initio, facere soleat; Interrogetur, num contenti sint cū huiusmodi nō cōmunicare, nec litteras accipere, nec scribere, nisi aliqua occasione Superiori aliter videretur: Et quandiu Domi fuerint, num contenti sint, vt videantur litteræ oēs & quæ ipsis scribentur, & quæ ipsis aliis scribēt: ei, cui huiusmodi munus commissum est, cura relata, vt eas det, vel non det, quemadmodum in Domino nostro magis expedire iudicabit.

7 Vnusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium illud Christi sequendo, Qui dimiserit patrem, &c. existimet sibi patrem, matrem, fratres, & sorores, & quicquid in mundo habebat, relinquendum: immo sibi dictum existimet verbum illud, Qui non odit patrem, & matrem, insuper & animam suam, non potest

B meus

18 EXAM. GEN.E.

meus esse discipulus.

Et ita curandum ei est, ut omnem carnis affe-
ctum erga sanguine iunctos exuat, ac illum in
spiritualem conuertat: eosque diligit eo solum
amore, quem ordinata charitas exigit, ut qui
mundo ac proprio amori mortuus Christo Do-
mino nostro soli viuit, eumque loco parentum,
fratrum, & rerum omnium habet.

8 Ad maiorem in spiritu profectum, & præci-
pue ad maiorem submissionem & humilitatem
propriam interrogetur, an contentus sit futu-
rus, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res
quæcunque, quæ notatae in eo, & obseruatæ fue-
rint, Superioribus per quemuis, qui extra confes-
sionem ea acceperit, manifestentur.

Nū etiam boni sit consulturus (quod & ipse,
& quiuis alius facere debet) ab aliis corrigi, &
ad aliorum correctionem iuuare: Ac num mani-
festare se se inuicem sint parati debito cum amo-
re & charitate ad maiorem spiritus profectum;
præsertim ubi a Superiore, qui illorum curam
gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatu,
ad maiorem Dei gloriam.

9 Præterea antequam quisquam in Domum,
vel Collegium ingrediatur; vel postquam in-
gressus fuerit, sex experimenta præcipua, præ-
ter alia multa, de quibus ex parte inferius dice-
tur, requiruntur. Poterunt ea tamen anteponi,
& postponi, & moderari, & aliquo in casu au-
toritate Superioris, habita ratione personarū,

tem

temporum, & locorum, tum ceterorum, quę occurrerint, in alia permutari.

10 Primum est, in spiritualibus exercitiis mē sem vnum plus minus versari, id est, tum in examinanda conscientia, & anteacta vita recogitanda, & confessione generali facienda, ac peccatorum suorum meditatione: tum in contemplatione rerum ac mysteriorum Vitæ, Mortis, Resurrectionis, & Ascensionis Christi Domini nostri: tum etiam in oratione vocali & mentali iuxta cuiusque captum, prout in Domino edoceti fuerint, se exercere.

11 Secundum est, seruire in uno, vel pluribus Xenodochiis per mensem aliū, ibidem cibū capiendo, & dormiendo: vel per aliquam, vel plures horas quotidie pro temporum, locorum, & personarum ratione auxilium & ministerium omnibus egris, & sanis prout iniunctum eis fuerit, impendendo: vt magis se demittant, & humilient, ac eo veluti argumento demonstrent se prosus ab hoc seculo eiusque pompis ac vanitate recedere, vt omnino suo Creatori & Domino pro ipsorum salute crucifixo seruiat.

12 Tertium est, peregrinari mensem aliū sine pecunia: immo suis temporibus ostiatim pro Christi amore mendicare; vt possint ad incommoditatem comedendi, & dormiendi assuefieri: atque adeo vt omni spe illa abiecta, quam in pecuniis, & rebus aliis creatis possent constituer, integre, vera cum fide & ardenti amore eam

20 E X A M . G E N E.

in suo Creatore & Domino constituant . Vel vtrunque mensem ministerio Hospitalium , vel alicuius eorum , aut etiam vtrunque peregrinationi , prout Superiori viſum fuerit , impendent .

13 Quartum est , post ingressum in Domum omni cum diligentia , & solicitudine in variis officiis abiectis & humilibus se exercere , bonū sui exemplum in omnibus exhibendo .

14 Quintum est , doctrinam Christianam , vel aliquam eius partem pueros , & alios rudiores homines publice , vel priuatim , & prout occasio se obtulerit , & in Domino commodius viſū fuerit , & iuxta personarū porportionē docere .

15 Sextum est , postquam in probationibus bonae ædificationis specimen præbuerint , ulterius ad prædicandum , uel confessiones audiendas , vel in utroque se exercendum pro tempore , & loco , & omnium dispositione progredi .

16 Antequam ingrediantur in secundū annū probationis , quæ fit in Domibus , vel Collegiis per sex menses omnes vacare huiusmodi sex experimentis debent , & totidem alias diuersis aliis probationibus impendent . Poterunt tamen illa sex experimenta fieri vel in totum , vel ex parte toto probationis tempore , ut aliquādo hæc aliquādo illa præcedant , & a Scholasticis quidē vel studiorum tempore , uel post studia absoluta , habita personarum , locorū , & temporum ratione , prout in Domino conuenire videbitur . Illud tamen omnino obseruabitur , ut antequam Professi

C A P V T I I I I .

21

Professi futuri professionem , & Coadiutores formati tria uota sua publica, licet non solēnia, emittant , duo anni experimentorum expleantur : & in Scholaſticis ſtudiis abſolutis , præter tempus , quo probantur , ut Scholaſtici approbati ceneantur , tertius aliis annus , antequam ad professionem , uel in Coadiutores formatos admittantur , in uariis probationibus , & ſpecialiter in dictis (ſi prius illis perfundti non ſunt , immo quamuis perfundti fuerint) in nonnullis earum , ad maiorem Dei gloriam , exigetur.

17 Quamdiu huiusmodi experimenta & probationes fiunt , nullus dicat ex Societate ſe eſſe , ſed potius qui examinatus fuerit ad Professionem , ex parte i p ſi us Societatis (quamuis ex parte ſua cum indifferentia ad omnes gradus ſit ingressus) cum loquendi occasio ſe ob tulerit , dicere debet ſe in experimentis versari , atque optare ſe admitti in Societatem , quocunque in gradu ipsa Societas ad gloriam Dei eo vti volet . Si vt Coadiutor examinatus fuerit , dicet ſe in probationibus adhuc eſſe , atque optare in gradum Coadiutorum recipi . Si simili modo de Scholaſticis , & de aliis , qui vt indifferentes examinati ſunt , intelligatur : ut quisque iuxta ſui examinis rationem repondeat . I monachorum

18 Circa huiusmodi experimenta diligenter , quod ſequitur , eſt obſeruandum , ſcilicet , Ut , ubi aliquis in primo experimento , nempe exercitorum ſpiritualium , versabitur ; is , qui illum

B 3 exercet ,

exercet, ad Superiorem referat, quid de eodem sentiat ad finem Societati p̄fixum.

19 Cum in secundo, seruendi in Hospitalibus afferat qui probatur, Gubernatoris testimoniu, vel Pr̄fecti eorum, qui inferuiunt Hospitali, de boni nominis odore, quem in eo reliquerit.

20 Cum in tertio, peregrinationis, ab ultimo loco, ad quem peruenit, uel non procul ab eo testimonium ab aliquibus, vel uno certe fide digno secum ferat, quod suam deuotionem sequatus sine ulla cuiusquam querela eo peruenit.

21 Cum in quarto, exercendi se in officiis domesticis humilitatis, pro testimonio erit data omnibus, qui Domi sunt, ædificatio.

22 Vbi vero in quinto, de doctrina Christiana, & sexto de pr̄dicatione, & cōfessionibus audiēdis, vel de utroque munere obeundo versabitur; eius testimonium erit (si quidem Domi nostræ habitauerit) a domesticis accipiendum, & ex ædificatione, quam populus, vbi Domus, est, acceperit. Si pr̄dicare, & confessiones audire acciderit aliis in locis extra huiusmodi populū, ac Domum: testimonium afferre debet ab huiusmodi locis, vbi diutius versatus fuerit, vel a personis publicis (pr̄cipuam habendo rationem Pr̄latorum ordinariorū) quæ fidē plane faciant, quod cum doctrina sana, ac bonæ vite exemplo, sine cuiusquam offensione, verbum diuinum feminauit, & officio Confessarii funditus est.

C A P V T I I I . 23

23 Præter hæc testimonia, poterit Societas, quādo id expedire videretur, curare, vt aliunde certior fiat; vt ipsa sibi magis, ad Dei & Domini nostri gloriam satifaciat.

24 Si huiusmodi testimonia in prædictis experimentis non afferrentur, diligenter caussa inquiringenda erit curandumque, vt rei totius veritas intelligat: quo melius omnia, quæ conuenient prouideri possint; vt melius bonitati diuinæ, ipsius gratia aspirante, inseruiatur.

25 Præterea postquā Domi fuerit, egredi eam sine facultate non debet: & si laicus fuerit, confiteatur oportet, & sanctissimum Sacramentū Eucharistiae sumat octauo quoque die, nisi Confessario aliquod esse impedimentum ad communionem videretur. Si sacerdos est, cōfitebitur vt minimum octauo quoq; die, & crebrius Missæ sacrificium offeret: simul ordinationes, vel constitutiones alias Domus (vt in eius Regulis edoctus erit) obseruabit. Omnes, qui Domi sunt, in addiscenda doctrina Christiana se exercebunt, & etiam in prædicatione illi, qui bus Superior Domus id faciendum iudicabit, inter quos nullus erit eorum qui in Coadiutores temporales admissi sint.

26 Sui vietus, potus, vestitus, & lecti rationem, si Societatem sequi velit, cogitet fore vt pauperibus accommodatam, quodque quæ vilissima erunt ex iis, quæ Domi sunt, ei tribuentur propter ipsius maiorem abnegationem, & spiritua

lem

lem profectum; & vt ad quandam equalitatem & veluti mensuram ab omnibus perueniatur. Cum enim qui primi in Societatem conuenerunt, per huiusmodi indigentiam, ac penuriam maiorem rerum corpori necessiarum probati fuerint; qui post eos accedēt, curare debent, vt quoad poterunt, eo pertingant, quo illi peruerterunt, vel ulterius etiam in Domino progrediantur.

27 Ad hæc, præter reliquas peregrinationes, & probationes sic declaratas, antequam Professi suam professionem, & Coadiutores sua vota emittat, & (si Superiori videbitur) Scholastici, antequam approbati censeantur & vota sua, ac promissionem superius dictam faciant, per triduum suis constitutis temporibus, vestigia sequendo primorum, de quibus mentionem fecimus, ostiatim pro Christi Domini nostri amore mendicare debent, vt contra quam est communis hominum sensus, ad diuinum obsequium & laudem magis se possint submittere, magisque in spiritu proficere ad gloriā diuinæ Maiestatis: vt etiam magis sint dispositi ad id ipsum faciendum, quando illis iniunctum fuerit, vel conueniens, aut necessarium erit, dum per varias mundi partes iuxta quod eis præscriptum, vel constitutum per Summum Christi Vicarium, vel eius loco per Superiorē Societatis fuerit, discurrente quandoquidem exigit nostræ professionis ratio, vt parati & in procinctu simus

fimus ad ea omnia, quæ quovis tempore in Do-
mino nobis iniuncta fuerint, nec petendo, nec
expectando præmium ullum in præsenti hac &
labili vita, sed eam, quæ vnde cunq. eterna est,
ex summa Dei misericordia semper sperando.
28 Et ad particularia quedā descendendo, in
probationibus humilitatis, & abnegationis
sui, & in exercēdis officiis abiectionis & humilibus
(cuiusmodi sunt, in culina seruire, Domū euer-
rere, & reliqua omnia seruitia obire) prōptius
ea suscipi conuenit, a quibus sensus magis ab-
horrebit, si quidem iniunctum fuerit, vt in eis
se exerceant.

29 Cum aliquis ad ministeria culinę obeunda
ingredietur, vel ad eum iuuandū, qui Coquus
est, eidem obedire cum magna humilitate in
rebus omnibus ad ipsius officium pertinenti-
bus debet. Si enim ei integrum obedientiam
non præstet, nec vlli ex Superioribus, vt videat,
præstaret: quandoquidem vera obedientia nō
considerat personam, cui fiat, sed propter quē
fiat: & si propter solum Creatorem & Domi-
num nostrum fiat, eidem omnium Domino
obeditur. Vnde nulla ratione consideran-
dum est, an sit Coquus, vel Superior Domus:
an hic, vel ille sit, qui iubet; quandoquidem
nec illis, nec propter illos (sane intelligendo)
ulla obedientia præstatur, sed soli Deo, &
propter solum Deum Creatorem ac Domi-
num nostrum.

30 Ideo

29 EXAMEN. GENESIS.

30 Ideo melius est, ut Coquus non roget sibi inferuentem, ut hoc, aut illud faciat, sed cum modestia iubeat vel dicat, hoc fac, vel illud; Si enim rogit, potius ut homo hominem alloqui videbitur: & Coquū laicum rogare Sacerdotē, ut ollas abstergat, vel res huiusmodi faciat, nec decens, nec iustū videretur; Sed si iubeat, vel dicat, fac hoc, vel illud, significabit magis quod ut Christus homini loquitur, quandoquidem ipsius loco iubet: atque ita qui obedit, considerare ac perpendere vocē a Coquo, uel alio, qui sit ei Superior, egressam debet, ut si a Christo Domino nostro egredieretur, ut omnino placere diuinę Maiestati possit.

31 Hoc ipsū in aliis humilibus officiis intelligatur, quando aliquis in eis ministerium suum impendit; atque eodem modo accipiatur in officialibus subordinatis, qui accepta a Superiori auctoritate Domum gubernant.

32 Ægritudinis tempore non solum obseruare vniuersique obedientiam magna cum puritate debet erga Superiores spirituales, ut ipsius animam regant: sed cum eadē humiliitate erga Medicos corporales, & infirmarios ut corpus eius regant; quandoquidem illiplenam ipsius sanitatem spiritualem, hi vero corporalē omnino curant. Præterea qui ægrotat, humilitatem & patientiam suam preferendō, non minorem ædificationem, dum morbo laborat, iis, qui ipsum inuisent, & cum eo ver fabuntur

sabuntur & agent, quam dum valebat corpore
ad maiorem Dei gloriam, præstare curet.

33 Ad maiorem firmitatem omnium, quæ sic
narrata sunt, & ad maiorem spiritualem profe-
ctum eius, qui examinatur, interrogetur, an
omnino obedientem se exhibere in omnibus,
quæ hic dicta & declarata sunt, velit, subeūdo
& adimplendo quasvis pœnitentias, quæ pro-
pter defectus, & negligentiam suam, vel quid-
uis aliud fuerint iniunctæ.

34 Re in Domino cōsiderata, visum nobis est
in diuinæ Maiestatis conspectu mirum in mo-
dum conferre, ut Superioribus subditi omnino
perspecti sint: quo melius regi & gubernari, &
per eos in viam Domini dirigi possint.

35 Præterea quāto exactius Superiores res om-
nes internas, & externas suorum nouerint; tan-
to majori cum diligentia, amore, & solicitudi-
ne iuuare eos, ipsorumque animas a variis ma-
lis & periculis, quæ in progressu possēt accide-
re, conseruare poterunt. Cum etiam semper
parati esse iuxta nostræ professionis rationem,
& procedendi modum ad discurrendum per
has & illas mundi partes debeamus; quando-
cūque per summum Pontificem, vel Superio-
rem nostrum immediatum fuerit nobis iniun-
ctum: Ut melius secundū Dei voluntatē hu-
iustodi missiones fiant, his & non illis mitten-
dis, vel his ad hoc munus, illis vero ad alia, nō

olum refert valde , sed summopere , vt Supe
rior plenam habeat notitiam propensionum
ac motionum animi , & ad quos defectus vel
peccata fuerint vel sint magis propensi & inci
tati , qui sub eius cura sunt : vt , eius rei habita
ratione , melius ipsos dirigere possit ; nec supra
mensuram virium fuarum in periculis vel la
boribus grauioribus , quam in Domino ferre
suauiter possint , cōstituat : & etiam vt (que au
dit , sub secreti sigillo custodiendo) melius Su
perior possit ordinare , ac prouidere , que cor
pori vniuerso Societatis conueniunt .

36 Ideo quicunque hāc Societatem in Domi
no sequi volet , & in eadem ad maiorē Dei glo
riam manere , priusquam ad primam probatio
nem accedat , vel postquā ingressus fuerit , ante
quā generaliter examinetur , vel post examen ,
intra aliquot menses (si Superiori differendū
videretur) sub sigillo cōfessionis , vel secreti , vel
quacunq. ratione ei placuerit , & ad maiorē ip
sius consolationem fuerit , debeat conscientiā
suam magna cum humilitate , puritate , & cha
ritate manifestare , re nulla , qua Dominum vni
uersorum offenderit , celata : & totius anteaetē
uita rationem integrā , uel certe rerum maio
ris momenti Superiori , qui tum fuerit , Societa
tis ; vel cui ex Præpositis , uel aliis ex inferiori
bus ille iniūgeret , prout magis cōuenire videre
tur , reddat ; vt melius omnib. in Domino pro
spicia-

spiciatur, ipseque magis in spiritu cum gratia uberiori ad maiorem diuinæ bonitatis gloriæ proficiat.

37 Sic igitur progredientes in gratiæ atque spiritus incremento, plenoque cum desiderio ingrediendi, & perseverandi, quandiu uixerint, in hac Societate, tantundem facient aliquoties antequam ad professionem qui Professi, & ad sua vota qui Coadiutores formati sunt futuri, admittantur, & id, quo sequitur, modo.

38 Postquam primo aliquis eorum integrâ uitæ rationem Superiori Domus reddidit, ab eodem die inchoando, prioribus, quæ eidem dixit, non repetitis, iterū post semestre proximū plus minus eis, uel cui a Superiore fuerit cōstitutum, uitæ rationem reddet. Deinde a secunda hac ratione incipiendo, eodem ordine procedetur; & sexto quoque mense rationem hāc sui quisque reddet. Ultima uero circiter triginata dies antequam Professi futuri suā professionē, & Coadiutores sua uota emittāt, reddetur.

39 Scholastici eodē modo procedent, præter quam quod absolutis suis studiis cum primum rationē uitæ suæ reddent, ab ultima, quā reddiderunt in Domo, vnde ad studia misi sunt; vel ab initio uite, si aliqua de caussa nunquam reddiderunt, incipient.

40 Sic etiā videtur, quod Coadiutores formati, & Professi, si alicubi agent, ubi Prepositi aliquius Societatis obedientiæ subiaceant, singulis

30 EXAM. GEN.

lis annis, uel crebrius, si Præposito uidebitur, suæ conscientiæ rationem dicto modo ab ultima, quam reddiderunt, incipiendo, ei reddat.

41 Qui senserit ad omnia, quæ dicta sunt, animum, ac vires sibi a Domino dari, ac ad maiorem Dei gloriam fore, suæque animæ magis salutiferum iudicat in corpus huius Societatis admitti; præter litterarum Apostolicarum, & Constitutionū, & reliquorum, quæ ad eius institutū pertinēt, ipso initio, ac postea sexto quoque mense, ut dictum est, considerationem debet generalem vitæ totius confessionem apud aliquem Sacerdotem a Superiore assignatū propter multiplicem spiritus utilitatem, quæ ea in re deprehenditur, facere. Quod si aliquando generaliter confessus fuerit alicui de Societate, vel in exercitiis spiritualibus, vel extra illa: sat is erit generalem confessionem ab alia etiam generali ad id usq; tempus inchoari, & post eā sacratissimum Christi Domini nostri corpus sumere; & sic sexto quoque mense eodem modo generaliter, ab ultima inchoando, cōfitebitur. Demum continuum puritatis, ac virtutum argumentum, & inflamata in Domino desideria multum in hac Societate diuinæ Maiestati seruieri procurando; Ex aetatis duobus annis probationis, & se perpetuo obediētem exhibendo, & in sua conuersatione, & variis experimentis edificationem præbendo, ac pœnitentias pro erratis, & negligentiis, & defectibus iniunctas magna

C A P V T I I I . 31

magna cum humilitate subeundo, si & ipse, & Societas, vel Superior Domus cōtenti fuerint, in Societatis corpus admitti poterit, consideratis prius litteris Apostolicis, & Constitutionibus, & confessione generali peracta, vt superius est dictum. quam vt melius instituat, seque in sua prima deliberatione confirmet, per unius hebdomadæ spatium se colligendo, & aliqua spiritualia exercitia ex iam factis, vel aliis, faciendo, postremo suam obligationem, ac vota, siue solemnia sint in Professis, siue simplicia in Coadiutoribus, & Scholasticis, quemadmodū in Constitutionibus declarabitur, ad maiorem Dei gloriam, vberioremque fructum anime sue, emitat.

42 Admoneātur, quod, votis huiusmodi emissis, iuxta tenorem litterarum Apostolicarum, non possunt ipsi ad alias Religiones sine facultate a Superiore Societatis concessâ transfire.

43 Quod si exacto probationis tempore, cōtētus quidem ipse est, & exoptat sic ad professio nem, vel in Coadiutorem, vel in Scholasticum admitti; verum dubitaret Societas de ipsius tamento, vel moribus; securius erit in alium annum, vel tempus, quod videbitur, id prorogari: donec utrique parti plene in Domino sit satisfactum.

44 Præterea diligenter animaduertat oportet qui examinatur (magni faciendo, summi que momenti id esse ducendo in conspectu Creato

ris

ris ac Domini nostri) quantopere iuuet ac conferat ad vitæ spiritualis profectum omnino, & non ex parte abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur; & admittere, & concupiscere totis viribus quidquid Christus Dominus noster amauit, & amplexus est. Quæadmodum enim mundani homines, qui ea , quæ mundi sunt , sequuntur, diligunt, & quaerunt magna cum diligentia, honores scilicet, famā, magni nominis existimationem in terra , sicut mundus eos edocet: sic qui procedunt in spiritu , & ferio Christum Dominum nostrum se quuntur, amant, & ardenter exoptant quæ ijs oīno cōtraria sunt, indui nimirum eadē veste, ac insignibus Domini sui, pro ipsius amore, ac reverentia; adeo vt si sine offensione vlla diuinæ maiestatis, & absque proximi peccato foret; vellent contumelias , falsa testimonia, & iniurias pati , ac stulti haberi & existimari(nulla tam ad id per eos data occasione) eo quod exoptant assimilari , ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrū IESVM Christū , eiusque vestibus & insignibus indui : quandoquidem illa ipse propter maiorem profectum nostrum spiritualem induit , nobisque exemplum dedit, vt in omnibus, quoad eius fieri poterit, diuina gratia aspirante, eum imitari & sequi, cum vera sit via, quæ dicit homines ad vitam, velimus . Igitur interrogentur, an huiusmodi desideria tam salutaria, & ad perfectionē anima-

animatorum suarum tam fructuosa in se sentiat.

45 Quod si quis propter humanam nostrā debilitatem ac miseriam, in se huiusmodi tam inflammata in Domino desideria non sentiret; interrogetur an certe desiderium in se sentiat, huiusmodi desideria sentiendi. Si affirmando responderit, optare se nimis huiusmodi tā sancta desideria animo concipere, quo melius ad eorum effectum perueniatur; interrogetur, an decreuerit, paratusque sit huiusmodi iniurias, illusiones, & opprobria in Christi insignibus inclusa, alia quævis, quæ ei inferrentur si ue per quemuis ex Domo, vel Societate in qua obedire, & humiliari, ac æternam beatitudinē consequi exoptat) siue extra eā per quemuis viuentium, nulli malū pro malo, sed bonum pro malo reddēdo, admittere, & patienter cū Dei gratia ferre.

46 Ut melius adhunc perfectionis gradū in spirituali vita tā preciosum perueniatur, eius maius ac in impensis studium sit, querere in Domino maiorē sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem. Nostrū autē erit in eisdem iuxta gratiam, quam Dominus nobis conferre ad fuam maiorem laudem, ac gloriam dignabitur, eum iuuare.

D E A L I O E X A M I N E A D P A R T I
 cularia aliquanto magis descendente, quod
 eruditis, & Coadiutoribus spiritualibus.
 & Scholasticis conuenit.

C A P. V.

1 **V**oymelius intelligi, atq; cognosci queāt,
 quæ ad huiusmodi homines spectat; v-
 nusquisq; eorū interroget: Vbi studuerit; Qua
 in facultate; Quibus auctoribus ac doctrinę de-
 ditus; Quantum temporis studiis impenderit;
 Quantumq. suo iudicio profecerit; ac nomina-
 vim, Quam sit ei familiaris Latina lingua.

2 An ad gradus Artium liberalium, vel Theo-
 logiæ, vel Iuris Canonici, vel alterius cuiusvis
 facultatis sit promotus.

3 An existimet se memoria ad bene capiendū,
 & retinendum quod didicerit, esse præditum.
 An sibi videatur pollere intellectu, qui cito, ac
 bene penetret ea, quibus studerit.

An in se propensionem naturalem, aut volun-
 tariam ad studia sentiat.

4 An existimet studia sanitati sui corporis ali-
 quid detrimenti attulisse.

An vires sibi corporales, & spirituales suppe-
 tere sentiat ad labores, qui in Societate requi-
 runtur, ferendos, siue in studiis, quamdui illis
 vacat, siue in vinea Domini, cum in ea labora-
 dum est.

5 Si Sacerdos, fuerit, An se in audiendis cōfes-
 sionibus,

fionibus, vel in prædicatione, vel aliis ministeriis ad proximum iuandum exercuerit.

6 Cum ad huiusmodi officium ac ministerium diuini verbi seminandi, & spirituali proximorum auxilio attendendi, litterarum bonarum sufficiens eruditio requiratur; & Scholasticos etiam aliquod sui profectus in litteris, quibus studerunt, specimen præbere oporteat, omnes examinetur. Quod fiet, si quisque lectio nem vnam in quavis facultate, cui operam dederit, prælegat; postea exhortationem vnam quisque (idque ante egressum a prima probatione) faciat: & postea in secundam ingrediendo, si ei fuerit iniunctum, ut inferius dicetur, hoc ipsum faciet.

7 Præterea intelligat (si Sacerdos est, vel quan- docunque promotus ad sacerdotium fuerit) quod confessiones nec Domi, nec foris audire, nec vlla Sacraenta ministrare sine peculiari probatione, adificatione, & facultate sui Superioris per totū probationis tempus debet: sed nec publice Missam dicere debet, donec coram aliquo uel pluribus domesticis priuatim eam dicat, & admoneatur, vt in modo dicendi conueniat cum aliis de Societate, inter quos agit; & se ad adificationem eorum, qui illam sunt audituri, componat.

AD MAIOREM HVMILITATEM
¶ perfectionem eruditorum, Coadiuto-
rum spiritualium, & Scholasticorum.

SI de eo, qui in Societate est ingressurus, dubitatur, an idoneus sit futurus, ut ad professionem, vel in Coadiutorem spiritualem, vel Scholasticum eius admittatur: cum id tanquam certissimum statuatur, quod multo melius & perfectius sit, ut ipse iudicari & regi se a Societate finat; quandoquidem non minus, quam ipse, quod exigitur, ut in ea maneat, Societas intelliget; ipsi vero maiori humilitati, & perfectioni tribuetur; maioremque dilectionem, ac fiduciam in his, a quibus est gubernandus, ostendet; Interrogetur, an velit proprium senium, ac iudiciū Societati submittere, vel eius Superiori, ita, ut acquiescat eius sententia; siue inter eos illum constituat, qui in Societate professionem emitunt, & Christi Domini nostri Vicario obligantur, siue inter Coadiutores; siue inter Scholasticos Societatis, in studiis ulterius progrediendo. Interrogetur ulterius; si Superior vellet semper eundem solum ut Coadiutorem in rebus exterioribus Societatis curādis occupari, ac sic in suę animę salutem incumbere; An paratus sit in humilibus & infimis officiis se exercere, vitamque omnē in utilitatem & auxiliū eius exigere; sibi persuadendo, quod dum

dum ei inseruit, Creatori ac Domino suo (pro cuius amore, & debita reuerentia omnia facit) inseruit.

D E A L I O EXAMINE AD SOLOS
Coadiutores accommodato.

Cap. VI.

AD maiorē rei notitiā declaretur vincuiq;
ex huiusmodi Coadiutoribus latius ,
quod in initio attingebatur ; Quod scilicet in
hanc Societatem Coadiutores spirituales, & tē
porales admittūtur: Spirituales quidem, qui Sa
cerdos sunt , & litteris sufficienter ornati , vt
in rebus spiritualibus Societatem iuuent: Tem
porales vero ad sacros ordines nō promoti cū
litteris , uel sine illis , in rebus externis, quæ ne
cessariæ sunt , possunt iuuare.

2 Priorum magis proprium est, Societatem in
audiendis confessionibus , in exhortationibus,
in doctrina Christiana , & aliis litteris edocēdis
iuuare ; His vero eadem gratiæ ad animarum
auxilia communicari possunt, quæ Professis ip
sis solent.

3 Posteriorum magis est proprium (licet pos
sint in rebus maioribus pro talenti eis a Domi
no concessi ratione occupari) ut in ministeriis
omnibus inferioribus, & humilioribus, quæ ip
sis iniungentur , se exerceant; persuasi quod So
cietatē iuuando quo melius illa saluti anima
rum

rum vacare possit, eidem omnium Dom no ser
uiēt : quandoquidem propter diuinum ipsius
amorē ac reuerentiam id faciunt . Ideo prom-
pti esse cum omni humilitate, & charitate, quo-
ad fieri poterit, debent ad officia , quæ eis cre-
dita fuerint , exakte obeunda . Quo fiet, ut nō
solum mercedem suam integrām habeant, sed
participes sint omnium honorū operum , quæ
Deus per uniuersam Societatem ad obsequium
& laudem suam operari dignabitur, & omniū
indulgentiarū, & gratiarum , quæ Professis ad
suarum animarum bonum a Sede Apostolica
concessę fuerint.

4 Et nihilominus enī debent in colloquiis
spiritualibus, ad maiorem utilitatem spiritualē
proximorum aliquid conferre, & quod no
uerint, docere ; & ad bene agendū, quoscunq;
poterunt (quandoquidē vnicuique Deus pro
ximi sui curam dedit) excitare.

5 Siquis instructus & examinatus fuerit, vt sit
futurus spiritualis Coadiutor, sic vacare debet
rebus spiritualibus , quę cum sua prima voca
tione proprie sunt coniunctæ , vt in posterum
directe, vel indirecte per se uel alium innoua
re, aut mutationem aliquam a sua vocatione
in aliām , scilicet a gradu Coadiutoris spiritua
lis ad Professi , vel Scholastici , vel Coadiuto
ris temporalis gradum , tentare non debeat :
sed cum omni humilitate, atque obedientia
incedere ac progredi eadem via , quæ ip si ab
eo,

eo ; qui nescit mutationem , & in quem illa nō cadit , ostensa est .

6 Eadem ratione si quis examinatus , & instruētus fuerit , vt sit futurus Coadiutor temporalis , sic se totum rebus , quę cum sua prima vocatione proprie sunt coniunctae , addicat ; vt non curret vlla ratione a statu Coadiutoris temporalis in statum spiritualis , vel Scholastici , aut Professi progrederi : Nec etiam (si in suo eodem maneat) plus litterarum addiscere , quam sciebat , cum est ingressus , curet : sed perleuerare magna cum humilitate debet in omnibus , Creatori ac Domino suo iuxta primam suam vocationem inferiendo , ac solicite in abnegationis sui ipsius profectum , & verarum virtutū studium incumbendo .

7 Interrogentur huiusmodi , vt de re propria suę vocationis , An contenti , & quieti sunt futuri in obsequio Creatoris , & Domini sui in officiis ac ministeriis abiectis & humilibus ad auxilium Domus & Societatis pertinentibus , cuius cunque rationis illa sint , parati ad vitam omnē in eis exigendam , sibi persuadendo quod ea in re obsequium , & laudem prēstant suo creatori & Domino , dum omnia propter diuinum ipsius amorem & reuerentiam agunt .

8 Omnes Coadiutores tam spirituales , quam temporales exacto biennio , quod experimentis & probationibus datur ; & uno adhuc anno , si Scholastici fuerint (vt prius est declaratum) si

velint in Societate manere, & ipsa, vel Superior eius contentus fuerit, oblationem suam trium votorum facient (que publica, licet non solemnia sunt iuxta litteras Apostolicas Iulii III.) Obedientiae, Paupertatis, & Castitatis, ut initio diximus; Et exinde Coadiutores formati vel spirituales, vel temporales censendi sunt; ita, ut ex parte ipsorum ligati ad semper viuendum & moriendum in Domino in hac Societate ad diuinę Maiestatis gloriam, maiusque meritum & stabilitatem propriam maneant. Nihilominus Societas, vel eius Superior, qui commune bonum debet intueri, cum eorum opera ad maius Dei obsequium se non iuuari, sed contra potius accidere cerneat; eos dimittere, & a sua congregatione separare potest; & tunc illi omnes nino liberi, nulloque vestito obstricti remanent.

D E A L I O E X A M I N E S C H O L A-
sticis accommodo, ac in primis an-
tequam in Scholasticos admit-
tantur. Cap. VII.

CVM experimentis & probationibus prædi-
ctis absolutis, Scholastici conuenire sibi iu-
dicarent studendi gratia in Collegiis, vel Domi-
bus Societatis, vt in eis in Domino substenten-
tur, litteris operam dare: si Societas, vel eius Su-
perior contentus etiam fuerit; antequam ad
studia se conferant, vel dum in eisdem mane-
bunt, ob suum maius meritum ac stabilitatem
vota simplicia Paupertatis, Castitatis, & Obe-
dientiae, ac promissionem, quod studiis absolu-
tis in Societatem ingredientur, Deo ac Domi-
no nostro facient. Sic autem intelligendus est
huiusmodi ingressus, vt professionem vel vota
Coadiutorum formatorum (si Societas eos ad-
mittere volet) emittant, & exinde Scholastici
approbati Societatis censeantur. Libera tamē
manebit Societas, nec tenebitur ad eos admit-
tendos ad professionem, nec in Coadiutores
formatos, si studiorum tempore male se gere-
rent, adeo, vt Superior Societatis existimaret
Deo gratum non fore, si in eam admitteretur,
& tunc ipsi etiam suis votis soluti erunt.

2 Si quando studiorum tempore, qui maiore
ad ea propensione animi præse tulerunt, quam

ad

ad aliud in Societate ministeriom, ostenderent,
ac certum indicium præberent; vnde Societas,
vel eius Superior in Domino sentiat eos idoneos
non esse, ut in litteris proficiant, eo
quod ingenio, vel sanitate corporis desituantur,
vel aliis defectibus laborent; interrogetur,
An patienter se dimitti à Societate, dum ab
omni voto ac promissione liberi maneant, sint
laturi.

3 Qui ad studia litterarum idoneus inuenietur, interrogetur, An velit se duci finere circa ea, quibus studere debeat, ac studiorum modū & tēpū iuxta quod Societati, vel eius Præposito, aut Collegij, ubi daturus est litteris operam, Superiori videbitur.

4 An contentus futurus sit eodem, atque alij, modo ibi agere, nullisque priuilegiis, aut prærogatiis minimum omnium, qui in Collegio fuerit, anteire; omnem sui curam Superiori Collegii relinquendo.

5 An statuerit omnino apud se, studiis absolutis, ac probationibus peractis, Societatem ad viuendum in ea, & moriendum, ingredi, ad maiorem Dei gloriam.

6 Sic examinatus, & instructus se accingere incipiet, ut ad studia se conferat, vel ea prosequatur, paratus interim in eisdem studiis, aliis experimentis & probationibus varijs exerceri, quibus si non fuerit propter cauſas aliquas legitimas, ac fine aliquo bono præ oculis habito, antequam

C A P V T VII.

43

tequam ad studia mittatur, perfundus; eis confessis, omnia experimenta & probationes superius declaratas subibit.

PRO SCHOLASTICIS, QUI STUDIA iam absoluuerunt.

7 **S**cholastici studii iam confessi, antequam in Societatem, vel eius Domos ingrediatur ut in eadem ad omnimodam Obedientiam, ac communem viuendi in Domino modum admittantur; generatim interrogandi sunt, An firmi in sua deliberatione, & votis ac promissione Deo oblatis antequam ad studia se conferrent, vel in eisdem, si quidem admissi primo fuerint in Collegijs, permaneant.

8 Interrogentur etiam, & examinentur particulatim eisdem interrogationibus & examine, quo priusquam ad studia mitterentur, interrogati fuerunt: vt Superioribus memoria ac notitia eorum renouetur, ac melius plenusq. stabilitas, & constantia, vel etiam mutatio, si aliqua accidisset in rebus primo interrogatis & affirmatis, cognoscatur.

DE

DE ALIO EXAMINE IN DIFFERENTIBUS ACCOMMODO. Cap. VIII.

1 **A**d maiorem illius notitiam, qui ut indifferens examinatus est, ut omni ex parte, cum maiori cognitione & luce in Domino procedatur, instruendus idem erit, & admonendus, quod nullo tempore, nec ratione potest, nec debet pretendere, nec tetare directe, nec indirecte potius hunc quam illum gradum in Societate, nimis non potius Professi, vel Coadiutoris spiritualis quam Coadiutoris temporalis, vel Scholastici: Quin potius perfectae humilitati, ac Obedientiae locum dabo, oem sui ipsius curam, & ad quod officium, vel gradum sit eligendus, suo Creatori & Domino, ac eius nomine, & pro ipsius amore ac reverentia ipsimet Societati, vel eius Superiori debet relinquere.

2 Postquam sic fuerit admonitus; interrogetur, An se omnino sentiat indifferenter, quietum, & paratum ad inseruendum Creatori ac Domino suo in quovis officio, vel ministerio, quod ei Societas, vel eius Superior commiserit. Interrogetur etiam, si Societas, vel eius Superior illum vellet vacantem quidem animae suae saluti ad officia tantum inferiora & humilia semper applicare, an se paratum sentiat ad vitam omnem in huiusmodi officiis inferioribus & humilioribus in auxilium


C A P V T V I I I . 45


lium ac ministerium Societatis exigendam; existimando, quod ea in re obsequium, & laudem præstat Creatori suo ac Domino; dum omnia ob ipsius amorem, & reuerentiam agit.

3 Cum omnino ei placuerint omnia in Domino, quæ dicta sunt: instrui poterit, & examinari de reliquis iuxta aliquod examen ex prædictis, vel omnia illa; prout magis conuenire videbitur; ut vtrique parti in omnibus satisfiat, ac maiori cum claritate procedatur.

Quandoquidem omnia instituta & ordinata sunt ad maius obsequium, & laudem Dei & Domini nostri.

F I N I S .





bare 8

Collazionato
Completo

Gescritti

~~ora / tere~~

